Universitätsbibliothek Paderborn

Enchiridion Sev Manvale Episcoporvm Pro Decretis in Visitatione, & Synodo, de quacumque re condendis.

Gavanti, Bartolommeo

Venetiis, 1650

Irregularitas.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9534

Visual Library

45 Et ſepeliri debent in loco non ſacro, ſine officio diuino *ibidem Tertium*.
46 Soluto interdicto transferri poterunt in Eccleſiam, vel cæmeterium *ibid. Primum*.
47 Et debent ſolemniter. Sà *Interdictum numero* 22.
48 Clericis non interdictis, & Interdictum ſeruantibus conceditur ſepultura cum ſilentio, cum officio ſine nota, cum moderatione ſupradicta *n.* 10. Sylu. *qu.* 8. *Quartum*.
49 Vel in Eccleſia propria, vel in alia. *ibid.*
50 Confratribus quoque idem conceditur qui ex priuilegio religioſorum, quorum ſunt confratres, admittuntur ad diuina; non tamen in Eccleſia interdicta. *ibid.*
51 Etiam in interdicta docet Panormit. *ibid.*
52 Priuilegiati, vt admittantur ad diuina tempore Interdicti, excluduntur tamen, ſi cauſa, vel concauſa, fuerunt interdicti. Sylu. *quæſt.* 5. *Octauum.*
53 Priuilegiatus ad perceptionem ſacramentorum, poteſt ſepeliri in Eccleſia. idem *qu.* 8. *Sextum*.
54 Negat prædicta *num.* 50. *&* 53. Vgol. *loc. cit. c.* 9. §. 3. *nu.* 2.
55 Violantes Interdictum, nempè contra modificationes prædictas aliquid facientes, fiunt irregulares. Sylu. *ibid. qu.* 5. *Primum*. ſi compleatur actus celebrandi diuina.
56 Poſſunt recipi mortuaria, & orari poteſt pro pœnitentibus mortuis, aliàs minime idem *qu.* 8. *Septimum.*
57 Pœnæ multæ violantium interdictum habeantur apud Sylu.

V. Interdictum 6.

V. Protonotarij num. 3. *Regularium iura ſub Epiſcopis num.* 43. *Sepultura num.* 22.

Irregularitas.

1 POteſt Epiſcopus in ſua Diœceſi diſpenſare cum ſuis ſubditis in irregularitatibus prouenientibus ex delictis occultis, excepto homicidio voluntario, aut delicto deducto ad forum contentioſum. *Trident. eſſ.* 24. *cap.* 6.
2 In ea nempè Diœceſi, in qua Concilium Tridentinum ſaltem quoad aliqua eſt receptum, ita deciſum refert Suar. *diſp.* 45. *ſect.* 2. *nu.* 6.
3 Non poteſt cum Regularibus ſe illi ſubiicientibus ob hanc diſpenſationem. Bonac. *de irregul. diſp.* 7. *qu.* 5. *pun.* 2. *propoſ.* 2. *nu.* 4.
4 Poteſt cum ſubdito ſuo extra Diœceſim exiſtente, extraiudicialiter. Suar. *loco cit. num.* 10. *Vide Cenſura nu.* 7.
5 Poteſt etiamſi ipſe Epiſcopus non exiſtat in Diœceſi, extraiudicialiter diſpenſare. Bonac. *loco cit. nu.* 5.
6 Delictum occultum intelligitur formaliter occultum; licet actio materialiter fuerit notoria, idem 5. *ibid.*
7 Deductum autem ad forum contentioſum illud eſt, quod ſemiplene eſt probatum. idem *ibid.*
8 Et eo magis illud quo quis conuictus, & condemnatus fuit. idem *ibid. nu.* 7.
9 In iubileo non datur facultas diſpenſandi in irregularitatibus, niſi fiat illius expreſſa mentio. Nau. *cap.* 27. *nu.* 250.
10 Non poteſt Epiſcopus diſpenſare cum Neophyto. Bonac *loco cit. qu.* 2. *pun.* 1. *propoſ.* 3.
11 Neophytus eſt ille, qui ex aliena lege nuper eſt adultus baptizatus. idem *ibid. V. Ordo In genere nu.* 15.
12 Neque poteſt cum abſtemio. Nau. *cap.* 27. *nu.* 204.
13 Neque irregularitate proueniente ex defectu, vel deformitate, vel infirmitate corporis. idem *nu.* 200.
14 Neque ex defectu occulto, ex *c. liceat*. Bonac. *q.* 2. *pun.* 3. *prop.* 3.
15 Ad Epiſcopum pertinet iudicare, vtrum defectus, vel deformitas corporis inducat irregularitatem. idem *ibid. pun.* 2. *prop.* 3.
16 Etiam in Regalaribus ſtandum erit iudicio Epiſcopi in vitio corporis. Barb. *alleg.* 42. *nu.* 60.
17 Sed neque poteſt diſpenſare cum dæmoniaco, niſi, vt exerceat ordines iam ſuſceptos, ſi tamen ſpatio vnius anni non vexetur. Vgolin. *de irregul. cap.* 55. *nu.* 2.
18 Æthiops non videtur irregularis. Maiol. *de irregul. lib.* 1. *c.* 21. contra Vgolin. *c.* 50. *nu.* 4.
19 Maleficiatus ad contrahendum ma-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

trimonium inhabilis non eſt irregularis ad ordines. Sayr. *lib.6.cap.9.num.14.*

20 Simulans ſe eſſe dæmoniacum eſt irregularis. idem *ibid.*

21 De illegimis. *Vide ſupra illegitimi.*

22 Non poteſt Epiſcopus diſpenſare in bigamia propria, & interpretatiua, Bonac. *quæſt.2.punct.1.prop.5.*

23 Neque ad primam tonſuram. deciſum refert Garz. *de beneſic.p.7.cap.6.num.5.*

24 Niſi neceſſitas vrgeat ob miniſtrorum penuriam, & aditus ad Papam ſit difficilis. Barboſ. *alleg.49.num.25.*

25 Poteſt in ſimilitudinaria cum clerico in ſacris, qui matrimonium cum vnica, & virgine contraxit. idem *ibidem. numer.26.*

26 Secus, ſi cum vidua, vel corrupta, vel duplex inijt matrimonium. idem *ibid.*

27 Infamia facti poteſt auferri per diſpenſationem Epiſcopi, quatenus poteſt diſpenſare in adulterio, & criminibus minoribus adulterio. Nau. *nu.204.*

28 Infamis in vno loco, eſt vbique infamis. Vgol. c.60.

29 Nulla pœnitentia ſolemnis hodie inducit irregularitatem, niſi adiunctam habeat infamiam. Bonac. *quæſt. 3. punct. 2.prop.2.num.4.*

30 Cum ſolemniter pœnitentibus ſi dubitatur de irregularitate, poteſt Epiſcopus diſpenſare ob neceſſitatem, vel vtilitatem, ad minores ordines, Barboſ. *alleg.43.num.8.*

31 Non poteſt diſpenſare cum conuictis, & condemnatis de crimine neſando. idem *alleg.44.num.30.*

32 Sodomitam non eſſe irregularem, docet Bonac. *q.3.punct.7. prop.3.*

33 Rebaptizans, & rebaptizatus exculpabili iteratione baptiſmi, etiam occulta, fiunt irregulares idem *quæſt.3. punct. 3.prop.1.*

34 Poteſt Epiſcopus diſpenſare in occulta iteratione baptiſmi, ex *cap.liceat* Concil. Trid.

35 Iteratio Confirmationis, & ordinis non inducit irregularitatem. Vgolin. *cap.35.* §.4. contra Nauar. *cap.27.num.247.* non enim eſt in iure expreſſum.

V.Confirmatio, num.28.

36 Baptizatus ab hæretico eſt irregularis, ſi ille eſt adultus. Suarez *ſect1. nu.11.*

37 Excommunicatus ſuſcipiens minores ordines non fit irregularis. Nau. *de ſent. excommunic.conſ.28. contra Sylu. & alios.*

38 Suſcipiens maiores fit. DD. communiter.

39 Intellige prædicta de excommunicatione maiori. DD citati.

40 Suſpenſus, vel interdictus recipiendo ſacros ordines non incurrit irregularitatem. Sayr. *l.7.cap.10.num.13. & alij* Incurrit ex Syluest. *V.Irregularitas q.2. & alij.*

41 Non incurrit is, qui ſuſcipit ordines ſacros, vel illos exercet, pœna excommunicationis latæ ſententiæ impoſita contra ſucipientem, vel exercentem eoſdem ordines Reginald. *libro 30. numero* 182.

42 Incurrit ille, qui vno, & eodem die, non aduertente Epiſcopo, recipit minores ordines, vel vltimum minorem, cũ Subdiaconatu, vel duos ordines ſacros Bonac. cum alijs *quæſt. 3.punct.4. prop.3.*

43 Soluſque Papa diſpenſat, niſi ſit occultum. Sayr. *lib.7.cap.10.num.36. & alij.*

44 Recipiens ordines per ſaltum non eſt irregularis, ſed ſuſpenſus communiorem dicit Bonac. *loco citat. prop. 4. contra Vgol. Sayrum & alios.*

45 Non poteſt Epiſcopus diſpenſare, ſi per ſaltum ordinatus miniſtrauerit. Barboſ. *alleg.47 num.8.*

46 Coniugatus recipiens ordinem ſacrũ eſt irregularis. Bonacin. *loco citato. prop 5.*

47 Recipiens item ordines ſacros ab Epiſcopo, qui renunciauit dignitati, etiamſi recipiens fortè ob ignorantiam non peccauerit. Vgol. *cap.40.* Sayr. *lib.7. cap. 10. num.27.*

48 Poterit Epiſcopus proprius diſpenſare, ſi ordinatus probabiliter ignorauit illius redundationem. idem *ibid.*

49 Recipiens ordinem extra tempora ab Epiſcopo, qui ſine culpa eſt, diſpenſari poteſt. Maiol. *cap.24.num.9.* vt ſcilicet exerceat, non vt aſcendat ad altiorem.

50 Ligatus cenſura, etiam occultus, ſi exercet ſolemniter actus maioris ordinis, citra ſcandalum, neceſſitatem, ignorantiam, inaduertentiam, obliuionem,

fit

fit irregularis.Bonac.*q.3.punct.5.prop.*1.
51 Qui dubitat, ſe eſſe excommunicatum,celebrando fit irregularis,ſi reuera eſſet excommunicatus; ſecus, ſi non erat.Suar *diſt.*14.*ſect.*3.*nu.*7. Syluest. *Irregular.numero* 15.*& alij*.
52 Actus ſolemnes ſunt, canere in choro vt hebdomadarium, Epiſtolam cum manipulo,Euangelio,cum ſtola; baptizando ſolemniter, abſoluendo peccatis; benedicendo ſponſis, miniſtrando Euchariſtiam;exercendo ordinem epiſcopalem.
53 Non eſt actus ordinis aſſiſtere matrimonium contrahentibus. Suar. *loc.cit. nu.* 18. *& alij*.
54 Ligatus duplici cenſura, duplicem incurrit irregularitatem. Bonac. *loco cit. prop.*1.*nu.*10.
55 In prędictis non diſpenſat Epiſcopus, niſi cenſura ſit occulta. Nauarr.*nu.*241. *& alij*.
56 Licet cenſura ſit lata ab inferiore Papæ.Maiol.*cap.*19.*nu.*1.2.*cap.*21.*nu.* 2.
57 Clericus miniſtrans in ordine ſacro, quem non habet,ſeriò,& ex officio, eſt irregularis. Nauar. *nu.*42.*communis*.
58 Abſoluentes ſacramentaliter item, cum non ſit ſacerdos. idem *ibid. contra Sylu.V.Confeſſor.* 1.
59 Non poteſt Epiſcopus in his diſpenſare,niſi,vt exerceat ordines ſuſceptos, quod ſi occultum ſit delictum, poteſt eum diſpenſare, vt alios ſuſcipiat. Syluest. *Irregularitas.* 3. *qu.* 8. Vgol.*c.*37.*nu.* 14.*& alij*.
60 Hæretici,apoſtatæ à fide, eorum fautores,& defenſores, etiam occulti, ſunt irregulares. Nauar.*nu.*205. *& alij*.
61 Non autem colentes dæmonem ſine hæreſi,neque ſciſmatici. Suarez *diſt.*43. *ſect.*1.*contra Maiolum,& Vgolinum*.
62 Neque clerici apoſtatæ à clericali habitu,& tonſura. Vgolin.*c.*36.*nu.* 6.*contra Maiolum*.
63 Religioſus profeſſus apoſtata à Religione eſt irregularis. Vgolin. *loc. cit.*§.4.
64 Filii hæreticorum ſunt irregulares vſque ad ſecundam generationem per lineam virilem, & paternam; vſque ad primam per lineam maternam; ſi parentes mortui ſint cum hæreſi. Sayr. *lib.* 6.*c.*10.*nu.*4.*& communiter*.
65 Nati ante hæreſim parentis non ſunt irregulares. Nauarr. *de hæreſ. conſ.* 27. Vgol.§.1.*nu.* 6.
66 Non poteſt Epiſcopus diſpenſare in irregularitate ob hæreſim. Suarez. *diſt.* 43.*ſect.* 1. *ad finem contra Vgolinum, & alios*.
67 Clericus,aut alius iuſte mutilans, vel occidens, vel cooperans ad mutilationem,vel homicidium,ſecuto effectu, fit irregularis.DD.communiter.
68 Item qui mortem accelerat dicto, vel facto.Nauar.*nu.*215.
69 Item qui conſulit, & influit in ſententiam iudicis Vgol. c. 9. §. 2. *nu.* 7. *& alij*.
70 Item qui ex pietate docet miniſtrum iuſtitiæ,vt acuat gladium, &c. Graf. 1. *par.libro* 4.*capitulo* 27. *nu.* 68.
71 Denunciatores,teſteſue in officio Sanctæ Inquiſitionis non fiunt irregulares, licet nullam faciant proteſtationem. Vgolin.capit.6.§.5. *& communis*.
72 Proteſtatio ſi fiat coram iudice ſanguinis,impedit irregularitatem. communis DD.
73 Neque eſt neceſſaria in ſcriptis. Vgolin.*loco cit.*§.7.
74 Sed debet eſſe expreſſa.idem §.8.
75 Et tam in laicis, quam in clericis. Nau.*c.*27. *nu.* 226.
76 Conſulens bellum iuſtum, vel pugnans in eo non tamen occidens, aut mutilans,non eſt irregularis. Bonac. *qu.* 4.*pun.*4.*prop.*1.
77 Cooperans bello iniuſto eſt irregularis. Vgol. *loc.cit.*§.1.
78 Non poteſt Epiſcopus diſpenſare in irregularitate cauſa belli.Suar.*loc.cit.nu.* 12. *& alij*.
79 In arte chirurgiæ accidit irregularitas,quando ex inciſione, ſeu aduſtione ſequitur mors, culpa chirurgi. Bonac. *qu.*4.*pun.*5.*prop.*1.
80 Item medico, ſi dubiam præbendo medicinam, ſequitur mors; niſi caſus infirmi ſit deſperatus. idem *ibid.*
81 Clericus in ſacris incidendo, vel adurendo extra caſum neceſſitatis, fit irregularis. idem *ibidem prop.* 2. Oppoſitum docent Sayrus,& alii *ibidem* morte ſcilicet non ſecuta, vel ſecuta ex morbi grauitate, non ex inciſione: in du-

bio erit irregularis.*ibid.*

82 Non fit, qui iubet ſecundus artis peritiam inciſionem, vel aduſtionem, etiam ſi ſequatur mors. Bonac. *loco citato.*

83 Clericus in ſacris ſecando venam, ad emittenda ſanguinem, ſi moriatur, fit irregularis. idem *ibid.*

84 Adiuuans chirurgum peritum inciſione, vel aduſtione, non eſt irregularis. idem *ibid.*

85 Occidens alium ad ſuæ vitæ defenſionem cum moderamine inculpatæ tutelæ, non eſt irregularis. Suar. & alij communiter.

86 Etiamſi dederit cauſam inuaſionis. Bonac. cum Leſſio, & Suar. *ſect.* 1. *num.* 11. *contra Nauar. & alios.*

87 Neque ad membrum ſuum, ſeu vultum à mutilatione, ſeu deformitate defendendum. Sayr. *c.* 12. *nu.* 5. *contra Nauar. & alios.*

88 Neque ad defenſionem honoris ſui cum moderamine. Suar. *d.* 46. *ſect.* 2. *& alij contra Nauar. & alios. Vide Bonac. loc. cit. pun.* 6. *prop.* 2.

89 Neque occidens inuaſorem proximi cum moderamine, ſeu arma inuaſo miniſtrans. idem *ibid. contra Nau. & alios.*

90 Homicidium omnino caſuale, non volitum in ſe, nec in cauſa, non inducit irregularitatem. DD. apud Bonac. *qu.* 4. *pun.* 7. *prop.* 1.

91 Puer maior ſeptennio occidens fit irregularis. idem *ibid. contra Henriq. & alios.*

92 Caſuale, volitum in cauſa, inducit irregularitatem. idem *ibid propoſ.* 2.

93 Dans operam rei illicitæ periculoſæ homicidij, eo ſecuto, eſt irregularis. Suarez & alij apud Bonac. *ibid.* Negant alij *ibid.* ſi adhibita fuit diligentia, ne ſequeretur homicidium.

94 Baptizatus occidens, vel abſcindens membrum voluntariè ſimpliciter, vel ſecundum quid ſecuta morte, vel mutilatione, eſt irregularis. DD. cõmuniter.

95 Membrum eſt oculus, manus, pes, auris, virile membrum, mamilla fœminæ. Nauar. *cap.* 27. *numero* 20. *& alij.*

96 Si debilitatum eſt, & aridum, & mutiletur, adhuc inducitur irregularitas. Suar. *diſt.* 44. *ſect.* 2. *nu.* 11.

97 Item ſi maior membri pars abſcindatur, idem *num.* 8.

98 Nõ eſt irregularis, qui debilitat membrum, neque qui cæcum facit, aut claudum, abſque membri mutilatione, neque qui digitum abſcindit. Bonac. *quæſt.* 4. *punct.* 8. *prop.* 1. *numero* 6. 7. 8.

99 Mandans, etiam tacitè, homicidium ſeu actiones periculoſas homicidij, eſt irregularis. idem *ibid. prop.* 2.

100 Conſulens illi, qui paratus non erat ad homicidiũ, auxilians, cooperans non impediens, cum ex iuſtitia tenetur, ſunt irregulares, *ibid. propoſ.* 3. 4. 5.

101 Multis percutientibus, illi, qui læthale vulnus infligunt, ſunt irregulares, non alij: niſi ex pluribus leuioribus vulneribus ſit mors accelerata. idem *ibid. prop.* 4. *nu.* 30.

102 Et niſi ij omnes communi conſenſu ſint aggreſſi. *ibid.* 29.

103 Non impediens homicidium quod tenetur ex iuſtitia impedire, incurrit irregularitatem homicidii voluntarii ſi ex odio non impedit; caſualis vero, ſi ex timore, negligentia, auaritia. Suar. *diſt.* 45. *ſect.* 5. *nu.* 9.

104 Ratum habens homicidium non factum nomine ſuo, & factum, ſe inſciente, non eſt irregularis. idem *d.* 44. *ſec.* 3. *nu* 24. *contra Nau. & alios.*

105 Non poteſt Epiſcopus diſpenſare in homicidio voluntario iuſto, vel iniuſto. Trid. *ſeſſ.* 24. *c.* 6.

106 Poteſt diſpenſare in homicidio caſuali occulto. *ibid.*

107 Item in homicidio patrato occulto, cauſa defenſionis, non ſeruato moderamine. Nauar. *cap.* 27. *numero* 339. *& alij.*

108 Item in mutilatione iniuſta occulta. Suar. *d.* 41. *ſec.* 4. *n.* 35. *& alij contra Sanchez, & alios.* & deciſum refert. idem Suar. *ibidem.*

109 Poſſe Epiſcopum diſpenſare in homicidio ex defectu perfectæ lenitatis, affirmant Suar. *d.* 44. *ſect.* 6. *n.* 13. *& alij.*

Negant Salonius, & Bonac. *q.* 4. *pun. vlt. prop. vlt.*

110 Poteſt Epiſcopus cauſa cognita diſpenſare in irregularitate ex homicidio, non ex propoſito, ſed caſu, vel vim vi repellendo. Trid. *ſeſſ.* 14. *cap.* 7.

111 Idem poteſt Capitulum ſede vac. Beia. *p.* 4. *caſu* 47. *verſ. tandem.*

112 Sed

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

112 Sed committatur cauſa, ait Trid. *loco citato.*

V. Aqua benedicta n. 1. *Benedictio.nu.*20. *Canonicatuum optio. numero* 20. 21. *Functiones Epiſcopales.nu.*5. *Suſpenſio.n.* 3. 4. 7. 10. 13. 15. *Torneamentum numero* 7. 8.

ADDITIO.

Non incurrit irregularitatem Sacerdos male ordinatus concelebrans in ſua ordinatione cum Epiſcopo ordinante, licet eo caſu ſit ſuſpenſus *Nald. V. Sacerdos n.*7. *contra Nau. Barboſ. & alios.*

Iudex Synodalis.

1 IN Diœceſana Synodo eligantur ſaltem quatuor Iudices, quibus delegendæ erunt cauſa à ſede Apoſtolica. Trid. *ſeſſ.*25. *c.* 10.

2 Debent eſſe in eccleſiaſtica dignitate conſtituti, aut Perſonarum obtinentes, ſeu Eccleſiarum Cathedralium Canonici. idem *ibid.*

3 Canonici collegiatarum, etiam inſignium, alioqui Doctores, non poſſunt eſſe Iudices Synodales, etiamſi nullus Doctor reperiretur, nec eis aptior in Capitulo Cathedralis, & inter obtinentes Dignitates deciſum refert Maſſobr. *de Synod.cap.*4. *dub.*10. *in fine.*

4 Oppoſitum docent alii apud Barboſ. *de pot. Epiſc. alleg.* 106. *n.* 12. ſed melius negatur, etiamſi ſint peritiſſimi.

5 Canonicus in Cathedrali diſpenſatus ſuper minori ætate non poteſt eſſe Iudex Synodalis. Maſſobr. *loco cit. dub.*11.

6 Canonici Regulares, aut Monachi, etiamſi ſint in Cathedrali, non ſunt capaces delegationum Apoſtolicarum. Archid. Geminian. Butr. *in c. ſtatutum* 11. *de reſcript. in* 6.

7 Vicarius Epiſcopi Generalis poteſt eligi. Maſſobr. *dub.* 13.

8 Protonotarius Apoſtolicus item, ex eodem *dub.*12.

9 Quàm plures hodiè ſunt eligendi in gratiam Regularium, vt ex iis Conſeruatores ſibi eligant. Greg. XV. Anno 1621.

10 In prouincia Mediolanenſi debent nominari omnes Canonici Cathedralium Eccleſiarum in Iudices, ex Decreto Sac. Congreg. Concil. edito 27. Septemb. 1614.

11 Iudici non Doctori, detur Aſſeſſor non ſuſpectus. Leo X. Anno 1515.

12 Si quis obierit, ſubſtituatur alius ab Ordinario cum conſilio Capituli vſque ad Synodum. Gregor. XV. *vbi ſupra.*

13 Qui tempore commiſſionis cauſarũ reperiebatur conſtitutus in dignitate, & deſignatus inter iudices Synodales, commiſſionem reſignauerit, poterit de eadem cauſa cognoſcere. Deciſum à Congreg. Concil. 2. Martii 1587.

V. Notarius.nu. 31.

Synodus Diœceſana, nu. 45. 46.

ADDITIO.

Non poteſt eſſe is, qui eſt coadiutor Canonici Cathedralis Eccleſiæ. *Garz. de benef. p.* 4. *c.* 5. *in addit. poſt nu.* 130. *dub.*28.

Vide Conſeruatores.

Iuramentum.

1 NE exigantur, neque reddantur Iuramenta illicita, impoſſibilia, damnoſa, vel eccleſiaſticæ libertati obuiantia. Gregor. XIII. Anno 1584.

2 Sub pœna ſuſpenſionis, & interdicti, & excommunicationis reſpectiuè, cum reſeruatione Papæ. *ibid.*

3 Tam ab actore, quàm à reo calumniæ Iuramentum exigi poteſt. Prouinc. 5.

4 Iuramentum clerico, nonniſi à ſacerdote deferatur, ſi ille examinandus eſt in foro ſæculari de licentia Epiſcopi Prou. 6.

5 Neque detur ab Epiſcopo licentia, vbi eſt ſuſpicio de irregularitate *ibid.*

6 Non licet in iudicio iurare diebus feriatis, niſi pro pace, & piis cauſis, pro rebus autem temporalibus minimè, niſi forte ex magna neceſſitate. Sylu. *Iuramentum* 2. *quæſt.*4. ſtandum conſuetudini locorum. Nald. *Iuram.n.*6.

7 Relaxatio Iuramenti ne vnquam detur, niſi ad agendum tantùm: nullo modo ad excipiendum. Prouinc. 5. niſi defenſionis ergò.

8 Et ne ad agendum quidem poſt com-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN